



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1848

MDCCCLXI. Papst Paulus bestätigt der Johanniter-Ordens-Ballei
Brandenburg das Recht, den Herrenmeister durch ihre eigenen
Commendatoren zu erwählen, am 11. Sept. 1467.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56633)

decernentes eidem transsumpto nostro seu literis nostris hujusmodi, ubique locorum in iudicio et extra, uti ipsis literis originalibus standum credendum ac plenam fidem per omnia fore adhibendam. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas seu presens publicum Transsumptum exinde fieri et per Notarium nostrum publicum infra scriptum subseribi et publicari mandauimus, nostri quoque sigilli iussimus ac fecimus appensione communiti. Datum et actum in pretorio Gardelegen, sub anno domini Millefimo quadringentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta decima, die vero veneris, vicesima septima mensis Junii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Domini Pauli diuina providentia Pape secundi anno tercio, presentibus ibidem illustribus principibus Dominis Wilhelmo, Heinrico, Frederico, et Ottone fratribus ac patris in Brunswig et Luneburg, Johanne Saxonie Westualie et Angarie Ducibus, Alberto principe de Anhalt et Comite Aschanie, nobilibus et generosis Odalrio Comite de Reinstejn, Godeschalco nobili de Pleffe, venerabilibus ac egregiis Andrea Hasselmann decretorum Doctore, Mauricio Schonaw in Decretis Licenciato, Canonicis ecclesie Magdeburgensis, strenuis ac validis Johanne de Oldernshusen, Gunzelino de Velthem, Rudolpho pincerna de Flechtingen, Conrado Ruschenphul, Bussone de Aluenfleue, militibus, prouidis ac circumspicis Henrico de Vffler Goslariensis, Conone Roden Magdeburgensis, Heinrico Horneburg Brunswicensis, Ludolpho de Herlsem Hildensemensis, Giselero de Münden Gottingensis, Gabriele Slanstete Halberstadenfis, Conrado von Lo Eimbecensis, Theodorico de Winchem Honouorienfis, et Burcardo Eluerfen Northeimensis civitatum Proconsulibus et Consulibus et quam pluribus aliis fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Conradus Beker, Clericus Osnabrugensis Dioecesis, publicus apostol. et imperiali auctoritatibus Notarius, quia hujusmodi literarum Regalium presentacioni lectioni etc.

Gezzen's Cod. VII, S. 353—356.

MDCCLXI. Papp Paulus bestätigt der Johanniter-Ordens-Ballei Brandenburg das Recht, den Herrenmeister durch ihre eigenen Commendatoren zu erwählen, am 11. Sept. 1467.

PavlvS, Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Lubucensi, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Romanus Pontifex cunctarum et presertim personarum Religiosarum tranquillitati studiis assiduis intendens, illis libenter annuit, per que inter eos iurgiorum contentionumque seponantur anfractus, et his, que propterea provide facta sunt, ut illibata persistant, libenter adjici mandat Apostolici muniminis firmitatem. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dilecti Filii Baillivi et Preceptoris Baillivie Marchie Brandenburgensis, Hospitalis S. Johannis Hierosolimitani, petitio continebat, quod quatenus olim

per quondam Johannem Ferdinandi de Redia, Magistrum ejusdem hospitalis, accepto, quod dudum Baillivius et Preceptores Domorum illius Baillivie, tunc existentes ex una, et Prior Prioratus Alamanie et illius Preceptores ejusdem Hospitalis, tunc existentes ex altera partibus, ad sedandam dudum inter eos exortam discordiam, que ipsi Hospitali plurima intulit dispendia, et eisdem partibus gravia pericula generavit, quandam amicabilem iniissent et utilem compositionem inter alia continentem, quod dicte Baillivie Baillivio pro tempore nature debitum persolvente, Preceptores Domorum Baillivie hujusmodi possent et deberent concorditer unum ex eis fructuosi Regiminis in Baillivum dicte Baillivie eligere, prout ipsis in Domino videretur expedire Priori dicti Prioratus et Successoribus suis presentandum, cujus electionem Prior ipsius Prioratus omni postposita excusatione et absque tergiversatione aliqua confirmare et sic electo Bailliviam hujusmodi cum omnibus Juribus et pertinentiis suis regendam et gubernandam committere teneretur: Dicitur Magister conscientiam plenam habens de compositione hujusmodi, illam in generali Capitulo ex certa scientia confirmavit, prout in quibusdam Instrumentis publicis et ipsius Magistri literis inde confectis dicitur plenius contineri: Quare pro parte dicti Baillivi nobis fuit humiliter supplicatum, ut compositioni hujusmodi et aliis premissis pro eorum subsistentia firmiori robur Apostolice Confirmationis adjici mandare, et aliis sibi super his opportunis providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos itaque qui pacem et quietem personarum ipsius hospitalis plurimum affectamus, de premissis certam notitiam non habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Fraternalitati Tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis universis autoritate nostra Te diligenter informes et si per Informationem hujusmodi ea inveneris ita esse, super quo Tuam Conscientiam oneramus, Compositionem predictam et prout illam concernunt omnia et singula in eisdem Instrumentis et literis contenta prout provide facta sunt, autoritate nostra approbes et confirmes, suppleasque omnes et singulos defectus, siqui forsan intervenerint, in eisdem, non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et Stabilimentis veteribus et Statutis dicti Hospitalis, Juramento, Confirmatione Apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominice Millesimo, Quadringentesimo, Sexagesimo septimo, tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno tertio.

König's Reichsarchiv (Bd. VII) Anh. vom Teutsch und Joh.-Orden S. 88. 89.

MDCCCLXII. Die Städte Berlin und Cöln antworten der Stadt Hamburg auf deren Anspruch, bei dem Kurfürsten die Entschädigung der Stadt Lübeck für erlittene Ueberfälle in der Mark zu erwirken, daß der Kurfürst zur Zeit nicht im Lande sei etc., am 12. Sept. 1467.

Vnsenn fruntligenn grut mit vormogenn alles guden touornn. Ersamen, wiesenn, Befunderenn guden frunde, Juwe schrifte am nehsten an vns gelanget med der von lubeck